Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26482
Copyright: Admont, Benediktinerstift

moliar: qui describens sanctorum actus prauorumque casus exhor-
tatione inde assumpta secundum sapientiam soli deo datam
multa necessaria et utilia legentibus ac audien-
tibus inposuit. Verum et non absurde agere a quoquam uideri
puto, si ea que de ortu et actu atque obitu domini et pa-
troni nostri ac protectoris nostri scedulis uetustate pene
deletis inuentas reparo, et de abditis ad lucem re-
duco, et ea que ueterum certa relatione cognoui litte-
ris commendare procuro, cum sicuti primum sancti Esdre
pontificis studio sacras scripturas desidia et profani-
tate impiorum iudeorum abolitas noscamus fuisse restau-
ratas, et non solum euangelicam et apostolicam hystoriam ab euan-
gelistis sacratissime conditam, sed et plurimorum sanctorum gesta
plurimos ecclesie magistros ad instructionem multorum
etiam hystoriographos agones sanctorum ad posterorum
memoriam descripsisse, gentiles quoque poetas sua figmenta
grandisonis pompare modis studuisse legimus.

Incipit uita sancti R E